ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

S. P.

Diu adventus tui fama Amsterodamenses lactavit Clar^me Hugens,
postquam Grollae expugnatae Trophaea Hagam transtulisti. Sed cuncu-
sculos eos pertinaci in aula comperendinatione eludis, qui necessitati
Principis jugi obsequio pares. Colloquij ergo spem secludens, literario
legato rem perago, sed membrana longo situ squalida ad properare jussa.
Quippe dum oris tui simulacrum expecto, domesticis latebris tota, apri-
cationem suam deseruit. Tu serotinam digitis in blanditiem compositis
attrectare digneris, ut quae ibi votorum nostrorum summa est, ad eventum
perducatur. Quicquid autem natum erit, quod auribus nostris inseri mereatur
exiguo chartae pitacio includes, si tibi vel vitio creato otio Varuna ab-
blandietur. Bajulum vero tibi sunt praesto, qui nostris vecturam praebet, *Antonius Martinius*
et alloquium tuum hyberna profectione aucupatur. Juvenis est, moribus
edocumatis polyticam exprimens; artificio praecellens, seu tu Cytharam
(vulgariter loquor) seu Violam ad experimentum vocabis. Indiae occiduae
talis fata taediosa transfretatione enavigavit, manu ferrum quoque
tractare gnarus, ut tu eum solo nervorum tactu enervem credas. Dignus
meherclès est, qui tuo praesidio tantum evaleat, ut Principis suffragio
ad meliores sortis rationes deducatur. Si tamen conditiuncularum imparata
spes erit, in futuram pollucibilitatem eum servare digneris. Dummodo in
legatorum consessu aliqua famae scintilla inclarescat. Si et potior
promovendi callis tibi illucescet, eum indicio tuo partum habeat. Polyhymnia
tibi hoc nomine titulos augebit, si psallendi dexteritate nobilis, artis
gloriam in peregrino disseminare voles. Me quoque prono pectore meri-
tis tuis attendentem habebis; velut in ipso quoque officia non cessabunt,
quae pariendi necessitate quamvis fastidiosae debilitati satisfacient.
Vale Clar^me Hugenj et me amare perge. Amsterd. XI. Cal.
Jan. CIↃ.IↃ.CXXVII

Tuus

Petrus Gruterus

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Gruter) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/382

Eerentfesten hooch ge-
leerden voorsienigen
Constantinus Hugens
Secretarius vanden
doorluchtighen Prince
van Orangien etc.

par amis

inden Hage

J. Gruterus

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Gruter) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/382